

Crucifixum ubique in viis, in plateis, in templis exhibit, ut hanc victimam semper et ubique offeramus.

## CAPUT IV.

1. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?

2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

3. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

4. Et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.

5. Et verò qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei.

6. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.

7. Beati, quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.

8. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

9. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet? an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abraham fides ad justitiam.

10. Quomodo ergo reputata est in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio.

11. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio: ut sit pater omnium credentium per præputium, et reputetur et illis ad justitiam;

12. Et sit pater circumcisionis, non iis tantum qui sunt ex circumcisione, sed iis qui sectantur vestigiæ fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahamæ.

13. Non enim per legem promissio Abrahamæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.

14. Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.

15. Lex enim iram operatur: ubi enim non est lex, nec prævaricatio.

16. Ideò ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed et ei qui ex fide est Abrahamæ, qui pater est omnium nostrorum.

17. (Sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt;

18. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum.

19. Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam ferè centum esset annorum, et emortuum vulvam Sara.

20. In repositione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

21. Plenissimè sciens quia quæcumque promissit, potens est et facere.

Deo, pro nobis et pro aliis. Vide et proximi in fine cap. 1.

## CHAPITRE IV.

1. Mais quel avantage dirons-nous donc qu'Abraham, notre père, a eu selon la chair?

2. Car si Abraham a été justifié par ses œuvres, il a de quoi se glorifier, mais non devant Dieu.

3. Car, que dit l'Écriture? Abraham crut ce que Dieu lui avait dit, et sa foi lui fut imputée à justice.

4. Or la récompense qui se donne à quelqu'un pour ses œuvres, ne lui est pas imputée comme une grâce, mais comme une dette.

5. Et, au contraire, lorsqu'un homme sans faire des œuvres, croit en celui qui justifie le pécheur, sa foi lui est imputée à justice, selon le décret de la grâce de Dieu.

6. C'est ainsi que David dit qu'un homme est heureux, à qui Dieu impute la justice, sans les œuvres.

7. Heureux ceux dont les iniquités sont pardonnées, et dont les péchés sont couverts.

8. Heureux celui à qui Dieu n'a point imputé de péché.

9. Or, ce bonheur n'est-il que pour les circoncis? n'est-il point aussi pour les incirconcis? car nous venons de dire que la foi d'Abraham lui fut imputée à justice.

10. Quand donc lui a-t-elle été imputée à justice? est-ce après qu'il a été circoncis, ou lorsqu'il était encore incirconcis? Ce n'a point été après qu'il eut reçu la circoncision, mais avant qu'il l'eût reçue.

11. Et il reçut la marque de la circoncision, comme le sceau de la justice qu'il avait eue par la foi, lorsqu'il était encore incirconcis, afin qu'il fût le père de tous ceux qui croient n'étant point circoncis, et que leur foi leur fut imputée à justice.

12. Et afin qu'il fût le père des circoncis qui non seulement ont reçu la circoncision, mais qui suivent aussi les traces de la foi qu'eut notre père Abraham, lorsqu'il était encore incirconcis.

13. Car ce n'est point par la loi que doit s'accomplir la promesse faite à Abraham ou à sa race, de lui donner tout le monde pour héritage, mais par la justice de la foi.

14. Car si ceux qui appartiennent à la loi sont les héritiers, la loi devient inutile, et la promesse de Dieu sans effet.

15. Car la loi produit la colère, puisque, lorsqu'il n'y a point de loi, il n'y a point de violation de la loi.

16. Ainsi c'est par la foi, afin que nous le soyons par grâce, et que la promesse demeure ferme pour tous ses enfants, non seulement pour ceux qui ont reçu la loi, mais encore pour ceux qui suivent la foi d'Abraham, qui est le père de nous tous,

17. (Selon qu'il est écrit: Je vous ai établi père de plusieurs nations) et qui l'est devant Dieu, auquel il a cru, comme à celui qui ranime les morts, et appelle ce qui n'est point comme ce qui est.

18. En sorte qu'il espéra contre toute espérance, et qu'il crut qu'il deviendrait le père de plusieurs nations, selon qu'il lui avait été dit: Votre postérité sera sans nombre.

19. Et il ne s'affaiblit point dans sa foi: il ne considéra point qu'étant âgé de cent ans, sa chair était morte, et que la vertu de concevoir était éteinte dans Sara.

20. Il n'hésita point, et il n'eut pas la moindre défiance de la promesse que Dieu lui avait faite; il se fortifia par la foi, rendant gloire à Dieu,

21. Etant pleinement persuadé qu'il est tout puissant pour faire tout ce qu'il a promis.

22. Ideò et reputatum est illi ad justitiam.

25. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam;

24. Sed et propter nos, quibus reputabitur creditibus in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum à mortuis:

25. Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.

*Ipsius Abraham exemplo, qui Pater circumcisionis dicitur, quia primus omnium fuit circumciscus, et circumcisionis præceptum pro se et suis posteris accepit; illius, inquam, patriarchæ exemplo confirmat Apostolus suam de gratuita per fidem justificatione doctrinam in cap. 5 traditum.*

§ 1 et 2, probat Abraham justificationem non fuisse per opera legalia, aut per circumcisionem.

§ 5 usque ad 19 probat multis rationibus justificationem fuisse per fidem.

Ac 1<sup>o</sup> per hæc Genes. 15 verba: Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam; et per ratiocinium in hæc verba fundatum, v. 5, 4, 5.

2<sup>o</sup> Auctoritate Davidis, Psal. 51, gratuitam justificationem prophetice describens, v. 6, 7, 8.

3<sup>o</sup> Ex tempore, quo Abraham justificatus est, quindecim circiter annis ante circumcisionem, v. 9, 10.

## ANALYSIS.

4<sup>o</sup> Ex eo quòd circumcisio fuit signaculum justitiæ jam adeptæ in præputio per fidem; ergo ipsi justitia posterior.

5<sup>o</sup> Ex mysterio significato per justificationem Abraham incircumcisus; scilicet, quòd omnes forent per fidem in Christum justificandi.

6<sup>o</sup> Ex promissione à Deo factâ Abraham, quòd futurus esset hæres mundi; hæc promissio absoluta est, à legis operibus independens; imò redderetur irrita, si à legis observantiâ dependeret; completur autem certissimè per fidem. Ideò non per legem, sed per fidem fit justificatio. Hoc ita stabilitò,

§ 18, 19, 20, 21, 22, magnificè describit fidem Abraham. Denique concludit, asserens ideò ad nos per Scripturas transmissum esse Abraham justificationem per fidem; ut nos fidei Abrahamæ sectatores, illius et justitiæ esseimus participes.

## PARAPHRASIS.

1. Si fide justificatur homo sine operibus, quid ergo dicemus de Abraham Patre nostro, qui Deo fuit gratissimus? quam igitur habuit justitiam? an operum, an fidei?

2. Certissimè, non operum; si enim ex operibus externis justificatus esset Abraham, haberet quidem unde gloriaretur apud homines, qui vident externa; sed non haberet apud Deum, qui cor et animum hominis inprimis inlucet; et ideò opera externa sine fide facta non æstimat; sicque politicè tantum justitatus esset Abraham: at certissimè non politicè tantum justificatus est, sed verè, internè et coram Deo; ergo non per opera tantum externa, sed per fidem.

3. Ille aperte declarat sacra Scriptura, Genes. 15. *Credidit Abraham Deo;* et hæc Abrahamæ fides à Deo fuit illi imputata ad justitiam.

4. Juxta quæ verba sic ratiocinor: Homini qui opus exercet, merces reponditur, non gratis, sed ex justitiâ, et tanquam quid ei debitum.

5. E contra verò homini, qui nullum exercet opus, sed qui tantum credit in eum qui peccatores justificat, huic, inquam, homini, si justitia detur, datur non quasi merces debita, sed gratis et ex gratuito Dei proposito, cui placuit hujus hominis fidem acceptare ad justitiam; atqui constat ex jam citatâ Scripturâ quòd justitia Abrahamæ fuit data, ex solo Dei reputantis nutu; hoc enim significat, et reputatum est; ergo gratis data est, ergo non ex operibus, sed ob fidem; ergo et nos pariter gratis per fidem sine operibus justificamur.

6. Talis hominis beatitudinem, cui Deus gratis sine

22. C'est pour cette raison que sa foi lui a été imputée à justice.

25. Or, ce n'est pas pour lui seul qu'il est écrit que sa foi lui a été imputée à justice;

24. Mais aussi pour nous, à qui elle sera imputée de même, si nous croyons en celui qui a ressuscité d'entre les morts Jésus-Christ notre Seigneur,

25. Qui a été livré à la mort pour nos péchés, et qui est ressuscité pour notre justification.

operibus justitiam confert, David propheta regius describat, in Ps. 51, dicens:

7. Beati illi quibus gratuita condonata sunt iniquitates, et quorum peccata sic deleta et remissa, ut non pareant quidem;

8. Beatus vir ille cui Dominus peccatum non imputat, quia ob gratuitam condonationem, nullom.

9. Sed à vobis quero, hæc felicitas, de qua David loquitur, cui contingit? an circumcisus, seu Judæis tantum? an etiam incircumcisus, seu gentilibus? certè Abrahamæ justificatio evincit quòd etiam incircumcisus convenit. Constat ex Scripturâ jam citatâ quòd Deo creditit Abraham, et quòd à Deo fides Abrahamæ imputata fuit ad justitiam.

10. Inspeciamus ergo qualis est in quo statu existebat Abraham, quando creditit et fuit justificatus: an circumcisus tunc erat? an verò præputiatus? Patet Scripturam legenti quòd erat adhuc præputiatus. Si ergo ipse Abraham præputiatus, justificatus est, hæc justificationis felicitas non solum ad circumcisos spectat, sed etiam ad præputiatus; ergo et illa non per circumcisionem obtinetur, sed per fidem in Christum, quæ gentilibus æquè convenit ac Judæis. Adde quòd

11. Circumcisionem accepit Abraham veluti signum fidei quam dederat Deo sibi promittenti Messiam esse suo semine nasciturum; et tanquam signaculum justitiæ quam adhuc præputiatus accepterat per hæc fidem. Ideò autem præputiatus Abraham per fidem justificatus est, ut esset omnium in præputio credentium pater, certique forent præputiati gentiles quòd fides

Genes. 22. Eadem ergo fide, qua Deo placuit Abraham ab initio, eadem et placuit in processu et usque in finem; nec ulla fides justis Abraham opera, in qua fides non influxerit.

Et hinc intellige quomodo D. Jacobus de fide Abraham in immolatione Isaaci dicit idem quod hic D. Paulus dicit de fide ejusdem Abraham, circa ortum Isaac; et quidem uterque recte, quia parum par est ratio, et, ut dictum est, fides in omnia justis opera influit. Hinc etiam intelliges, si bene omnia perpendas, quod Apostolus hic non de nuda fide loquitur, sed de fide viva, operante, obediens; seu de fide vestita operibus spei, charitatis, obedientiae: qualis scilicet fuit fides Abraham, Deum vocantem secuti, relicta patriâ; in Deum sperantis, Deo in omnibus obediens, etiam filium immolare parati. Et hinc conciliabis D. Paulum fidei justificationem tribuentem, cum D. Jacobo justificationem operibus attribuente, Jac. 2. v. 21; et uterque verè et rectè, si bene intelligantur: D. Paulus enim loquitur de fide bonis operibus vestita; D. autem Jacobus de bonis operibus fide factis, seu, quorum fides sit principium, mater et alitrix. Sed quare sic diverso modo locuti sunt? quia contrariis oppugnantibus erroribus. D. Paulus agens contra eos qui fides negligentes, gloriabantur de justitia que est ex operibus, commendat justitiam que est ex fide, dicitque Abraham non fuisse justificatum ex operibus, fidem scilicet precedentibus. D. autem Jacobus agens contra eos qui, percepta fide, torpescunt otio, et putant se per eandem fidem, utpote justificatos, posse salvari, etsi bona opera non haberent, commendat opera, et dicit Abraham ex operibus esse justificatum, sed que fidem subsequuta sunt. Ostendit autem Jacobus se à Paulo non dissentire, sed concordare, cum statim dicat: *Vides quoniam fides cooperatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est, etc. Videtis quoniam ex operibus justificatur homo et non fide tantum.*

Hec ex D. Anselmo; et ipse ex D. Augustino, lib. de Fide et Operibus, cap. 4, qui D. Augustinus putat D. Jacobum hac scripsisse contra eos qui D. Paulum male intelligebant, et ejus doctrinam abutebantur.

Fides itaque est omnis justitia, prima, secunda, etc., radix. Justitiam inchoat, conservat, auget; omnium virtutum supernaturalium mater, nutritrix. Quomodo itaque fervore et studio cum Apostolis orandum: *Domine, adauge mihi fidem, ut in fide et ex fide vivens, in justitia continuè cresciam!* Sit mihi fides viva, operans, ut sit mihi justitia in meritis abundans.

putare fidem ad justitiam, vel pro justitia, aliud imputare justitiam.

Vers. 4. — *Ei autem qui operatur*, etc. In eo quod dixit fidem Abraham fuisse ei reputatam ad justitiam, sonat gratia, quia fides promissorum Dei gratia iniuitur.

Vers. 5. — *Ei verò qui non operatur* (id est, qui non affert sua opera suae naturae virtutibus facta, nec ex his quaerit aut sperat justitiam, quasi mercedem his debitam, credenti autem in eum qui justificat impium, repu-

Vers. 4. — *Ei autem qui operatur*. Ex eo quod Scriptura dicit: *Credidit et reputatum est, etc.*, infert Apostolus, non ex operibus Abraham fuisse justificatum, sed per fidem.

Hoc enim est discrimen inter opera et fidem, quod operi debetur merces; quod autem fidei datur, gratias datur. Itaque sensus est: *Ei, qui operis meritorium exerceat, merces non gratis rependitur, sed ex justitia.*

Vers. 5. — *Ei verò qui non operatur... Credenti autem*; id est, sed qui tantum credit in eum qui justificat peccatores, reputatur fides..., datur justitia, non quasi merces debita, sed gratis et ex solo reputantis nutu; seu secundum propositum gratiae ejus, id est, ex gratuito Dei proposito, quia placuit ei hanc fidem acceptare et reputare ad justitiam, tum primam, tum secundam.

Haec verba, secundum propositum..., non sunt in Graeco, nec in Syriaco, nec in aliis versionibus; habet tamen ea Ambrosius et alii antiqui; et explicat bene quid significet *reputatum est*, etc., et cur hoc verbo usa sit Scriptura: nimirum ut indicet quod fides ex natura sua non pariat justitiam, nec fidei datur justitia tanquam debitum, sed ex gratuito et liberali decreto Dei, qui statuit ad actum fidei formate, seu ad actum contritionis gratiam justificationem dare.

Ad perficiendum Apostoli ratiocinium, adde quod subintelligit; atqui constat ex scripturâ jam citatâ, justitiam Abraham datam fuisse gratis, seu tantum donum gratuitum; hoc enim significat verbo, et *reputatum*, etc.; ergo non ex operibus, data enim fuisset ut merces, sed per fidem justificatus est.

Resume totum, et juxta mentem Apostoli applica argumentum: Abraham, Judaeorum pater secundum carnem, et omnium fidelium pater secundum spiritum, gratis et per fidem justificatus est; per fidem factus est amicus Dei, et fidelium omnium pater et norma; ergo et nos gratis per fidem et gratiam Christi justificamur. Gratis, 1<sup>o</sup> quia per merita Christi, non per opera nostra; 2<sup>o</sup> quia fides, quae hinc Christi merita nobis applicat, purum Dei donum est, Christianique meritorum fructus.

#### OBSEVATIO MORALIS.

Gratis creatus sum; gratis redemptus sum; gratis justificatus sum; totum ergo Dei gratia sum, id quod sum; gratis è nihilo naturali per potentiam illius extractus; gratis è nihilo peccati per fidem eductus; totum ergo me debet Deo Creatori, Redemptori, Justificatori; o Deus, triplici titulo cordis mei Deus; unicum cor meum posside saltem integrum.

tatur fides ejus ad justitiam, id est, hic per fidem justificatur. Abraham justificatus est gratis per fidem, quia scilicet credidit Deo, qui sui gratia justificat impiam; non autem, quia bene suo Marte operatus est, aut quia suis bonis operibus meritus est hanc justitiam; ergo et nunc hanc justificationem impis et peccatoribus obtingit, non ex eorum operibus et meritis, sed gratis ex fide Christi, quem Deus proponit nobis redemptorem et propitiorem. Nam quod datur per fidem et gratiam, non merces est, sed gratia; quod verò de-

#### ALTERA OBSERVATIO ET PRAXIS.

Gratia Dei sum id omne quod sum, in me nihil meum, nisi mendacium et peccatum: ubi est ergo gloriatio mea? Apoge praesumptio, omnisque falsa in propriis meritis confidentia aut elevatio; totus ex Deo sum; totus ergo Deo per Christum semper esse volo: hoc ut ita sit: *Domine, adauge fidem meam*, quae nihil meum mihi continuè demonstret, tuamque erga me misericordiam semper exhibeat; sic in mentis pro jugiter confusus, humiliatus et amabilis ero, in te solo confidam et gloriabor.

Quò major fides, eò minor superbia, majorque cordis humilitas. Fides humilitatis mater; sicut quò magis luminare, eò minor illuminati orbis umbra; sic quò major mentis fides, eò minor cordis tumor et umbra, seu vanitas.

Hinc semper orandum: *Domine, adauge fidem.*

Vers. 6. — *Sicut et David dicit beatitudinem hominis*. Davidis auctoritate, et consequenter legis ipsius testimonio, confirmat justitiam sine operum merito ex Dei misericordia provenire. Quemadmodum et David, rex ille propheticus, describens hanc quae nobis per Evangelium contingit beatitudinem, quae scilicet Deus homini justitiam gratis dat sine operibus, dicit: *Beati, etc.*; temporis beatitudinem praedicat, quo natus est Christus, sicut Dominus ipse ait, Math. 15: *Multi reges et prophetae cupierant videre quae videtis*. Ambrosius.

ACCEPTO FERT. Gr. *ἡμεῖς*. Idem verbum, quod noster interpres vertit supra, *reputat*, nunc *accepto fert*, mox *imputat*.

Vers. 7. — *Beati quorum remissa sunt*. Adsumt Davidis verba, quae citat D. Paulus, et in quibus nulla fit operum mentio: *Beati illi, quibus remissa, ablata et gratis condonate sunt impunitates; et quorum ideo tecta sunt peccata, quia verè ablata, deleta et per*

tur pro operibus, sive pro merito operum, merces est, non gratia. Cùm ergo justificatio Abraham et nobis obtingat gratis per fidem, sequitur eam non obtingere ex operibus, ut operum et meritorum nostrorum sit merces.

Secundum propositum, id est, liberale decretum gratiae Dei. Sensus est, fidem reputari ad justitiam, et ex eâ justificari hominem, non quòd hic justificandi modus ad primam naturae pertineat institutionem, sed quia Deus gratuito decreto sic ab aeterno ordinavit, quo et ipsam fidem gratis dare constituit.

Vers. 6. — *Sicut et David*, etc. Pro beatitudine in Graeco est *beatitudo*; quo vocabulo ipsa justificatio significatur. Et sensus est: Simili modo etiam David, in Psal. 51, dicit et promittit hominem beatificari; seu justificari, cui Deus imputat justitiam, id est, quem Deus suo judicio justum reputat absque merito operum ejus; dum scilicet nullam facit operum mentionem, sed tantum peccatorum praecedentium et gratitudo eorum remissionis. Ait enim:

Vers. 7. — *Beati quorum remissa, etc. Remissa*; gratia nimirum condonatione, non meritis operum, hoc enim vult probare Paulus, et hoc proprie est remittere offensam et peccata, scilicet gratis ea condonare. *Ei quorum tecta sunt peccata*. *Tecta*, non quasi peccata in justo maneat et lateant, vel quòd Deo dissimulante non imputentur ad poenam. Hoc enim non patitur perspicax et integra Dei justitia. *Sed tecta*, id est, obliterata, obruta; ita ut non sint, nec existant amplius. Peccata dicuntur remitti per Dei condonatio-

gratiam remissa. Deo enim nihil legitur, nisi quod non est.

Beati itaque illi quibus sic remissa est et deleta iniquitas, ut nullum illius appareat vestigium; seu, qui, juxta Ps. 50, sic est à maculis peccatorum ablatus, ut sit et *super nivem dealbatus*.

Vers. 8. — *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum*, quia scilicet jam plene condonatum peccatum et ablatum; imputaret enim illud Deus, si adesset; Deus quippe sentit, seu statuit de rebus, ut in se sunt.

Tria sunt in peccato: primum deviatio à lege; Gr. *ἀνομία*, transgressio legis, iniquitas; secundum offensam Dei; tertium reatus poenae. Beatus ille cui Deus remittit offensam, suaque misericordia condonatum peccatum tegit, quasi nunquam fuerit; et ideo non imputat ad poenam.

Tria sunt et in justificatione, v. g., per Baptismum remissio peccatorum, infusio gratiae sanctificantis, justitia quae justè et sanctè vivitur. Beatus ille cui Deus omnia peccata sic remittit, ut et omnes poenas condonabit; beatus ille qui à peccatis expurgatus, charitatis stola tectus et amictus est; et beator ille, qui, postquam à peccatis justificatus est, et stola gratiae sanctificantis indutus, justè sanctèque vivit; ita ut Deus ei peccatum non imputet, utpote qui nihil mali faciat.

Vers. 9. — *Beatitudo ergo haec*. Gr. *Beatitudo ergo haec in circumcissionem? an etiam in praepitium* (supple *cadit, venit*)? Syr. *Ista igitur beatitudo super circumcissionem? an super praepitium* (fit)? Itaque haec duo verba, tantum manet, addita sunt ab interprete nostro.

Citatum scripturam Apostolus applicat ad suum intentionem principale, nempe omnium justificationem

nam, legi verò per infusionem justitiae, id est, gratiae et charitatis; hoc eam sunt vestes spirituales et pulcherrimas, quibus animae nuditas per peccatum inducitur tegitur et ornatur: haec est enim stola illa prima, quae indutus est filius prodigus, Luc. 15. Haec etiam est vestis nuptialis, de qua dicit Christus, Math. 22: *Amice, quomodo hac intrasti, non habens vestem nuptialem?*

Vers. 8. — *Beatus vir*, etc. Dicitur autem Deus peccatum non imputare, quia cum delet ac remittit homini peccatum, non jam eum amplius habet pro peccatore; quippe qui peccato remisso jam peccator esse desierit. Sensus ergo est: Beatus est vir cui Deus peccatum condonavit, et consequenter non amplius illud ei imputat, quem deinceps Deus protegit, ne faciat peccatum, quod illi imputet, etc. Beatus, imò beator est, qui postquam à peccatis expurgatus est, justè deinceps vivit, omnique studio vitat peccata, ita ut nihil mali faciat, quod ei Deus in peccatum imputare posset.

Vers. 9. — *Beatitudo ergo haec in circumcissionem tantum manet, an etiam in praepitium?* Hec beatificatio seu justificatio de qua David loquitur, tantumne contingit Judaeis circumcisis? An etiam pervenit ad gentiles non circumcisos? q. d. : Ex citatis Davidis verbis clarè concludere potestis, o Judaei, quòd haec ejus beatitudo et justitia non ad solos circumcisos, sed etiam ad gentiles pertinet. Justificatio ergo opus est non legis, quam vobis arrogatis, o Judaei, sed gratiae, quae communis est omnibus, tam gentibus quam Judaeis.

sine operibus fieri. Hæc felicitas, de qua David, cui contingit? an circumcisus, seu Judeis tantum? an etiam et incircumcisus, seu gentilibus? Ut conveniat quod etiam gentilibus convenit, rursum considerat locum Scripturæ de Abraham.

VERS. 10. — DICIMUS ENIM QUÆ... QUOMODO ERGO... id est, qualis, et in quo statu, existebat Abraham, quando fuit justificatus: an circumcisus? an præputiatus? Constat ex Scripturâ quod erat adhuc præputiatus, quando credidit ex suo semine nasciturum Christum, per quem benedicerentur omnes gentes, et ob hanc fidem suam justificatus est Abraham. Ergo non solum ad circumcisos, sed etiam ad præputiatis spectat hæc felicitas justificationis; ergo et illa non obtinetur per circumcisionem et opera, sed per fidem in Christum, qua gentibus et Judeis communis est. Itaque hic ex tempore quo justificatus est Abraham, scilicet quatuordecim saltem annis antequam circumcisus fuerit, probat Abraham per fidem, non per circumcisionem, adeptum esse justitiam; et idem gentiles sicut et Abraham per fidem justificari.

VERS. 11. — ET SIGNUM ACCEPTI CIRCUMCISIONIS. Gr.: *Signaculum justitiæ fidei, quæ in præputio (sine est).* Syr.: *Signillum fidei suæ, quæ fuerat in præputio.* Quarta hic continetur probatio, justificationem Abraham non fuisse ex circumcissione, quandoquidem circumcissionem recepit in signillum justitiæ quam præputiatus adeptus erat; sicque circumcisio fuit justificatione posterior.

ET SIGNUM. Syr.: *Signum enim. Et idem ac quia, quia recepit circumcissionem, quæ signum erat fœderis quod Deus inierat cum eo et ejus posteritate, ut patet Genes. 17. Potest et dici quod signum erat fidei suæ, de Messia è suo semine nascituro, et idem in generationis membro fiebat. Hinc Ambrosius dicit: Credens se filium habiturum, hujus rei signum accepit, quæ credidit; ut quid credens, justificatus sit, cerneretur. Ambrosius. Hinc utramque in paraphr.*

SIGNACULUM JUSTITIÆ; accepit, inquam, circumcissionem, ut *signaculum justitiæ, quam per fidem accepit nondum circumcisus.* Signum autem et signillum

*Dicimus enim quia reputata est Abraham fides ad justitiam. Abraham ante legem, imò ante circumcissionem justificatus est, non ex circumcissione, aliusque operibus legis, utpote quæ nondum erant, sed ex fide. Unde et circumcissionem postea accepit, ut esset signum justitiæ acceptæ per fidem. Ergo justitia hæc non est ex lege et circumcissione, nec pro lege et circumcissione sola, sed pro omnibus, qui fidem Abraham secantur.*

VERS. 10. — *Quomodo ergo reputata est? In circumcissione, an in præputio? Sensus est: Qualis et quo in statu erat Abraham, quando ei fides ad justitiam reputata est? Num circumcisus jam erat, an adhuc præputiatus? Non in circumcissione, sed in præputio, hoc est, nondum circumcisus, sed adhuc habenti præputium. Ergo justitia Abraham non tantum pertinet ad vos, ô Judei, sed etiam ad præputiatis gentiles. Rursum ergo Abraham est justificatus, non ex circumcissione, nec ex operibus legis, ex quibus vos, ô Judei, dicitis petendam esse omnem justitiam; sed ex fide et gratia, quæ communis est tam incircumcisus quam circumcisus.*

rem supponunt cujus sunt signum et signillum; prius erat ergo fides et fœdus et justitia, quam circumcisio.

UT SIT PATER OMNIUM CREDENTIUM; et hic quæta continetur ratio, sumpta ex mysterio significato, scilicet quod per Christum ex fide forent omnes justificandi. Itaque, idem Abraham adhuc præputiatus per fidem justificatus est, ut sit *Pater omnium credentium*; Syr.: *Uresset pater eorum omnium qui crediderit essent ex præputio*; id est, ut esset pater omnium qui, manente præputio, credunt; seu gentiliùm incircumcisorum, qui credunt; UT REPUTETUR ET ILLIS AD JUSTITIAM, id est, ut et illis præputiatis gentilibus fides imputetur ad justitiam, sicut et Abraham præputiatus fuit imputata.

EX hoc incircumcisorum numero sum, quos ex tunc videbas, ô Deus bone! et quem, per tuam summam misericordiam, in baptismo ex fide Christi justificari decreveras. Gratias immortalæ pro tanto, tali et tam gratuito beneficio! Da perficere quod cepisti; da mihi fidem vivam, fidem operantem; da per fidem sic in justitiâ vivere, et in regno cœlorum *recumbam cum Abraham, Isaac et Jacob.*

VERS. 12. — ET SIT PATER CIRCUMCISIONIS... id est, et ut esset pater Judeorum circumcisorum; si non tantum circumcisi, sed si etiam sectatores fidei quam præputiatus adhuc Abraham professus est, et quam circumcisus protestatus est.

Ad pleniorum horum versuum intelligentiam, adverte quod duo successivè fuerunt in Abraham, præputium et circumcisio. Abraham præputium adhuc habens credidit Deo, et sua fide justificatus est; post hanc autem justitiam ex fide adeptam, et circumcisus est. Quare circumcisus, quando quidem justus erat? in signum et in signaculum: in signum et probationem fidei suæ, et in signaculum justitiæ, per fidem adeptæ.

Ex parte Abraham circumcisio signum erat et protestatio fidei, quam habuerat, et quæ semper habebat de Messia, è suo semine nascituro; et idem hoc signum in generationis membro gerebat impressum. Ex parte

VERS. 11. — *Et signum accepit circumcissionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio.* Circumcisio erat signaculum, id est, signillum justitiæ, quod scilicet testificabatur Deus Abraham justitiam certam esse ac legitimam, justitiam, inquam, adeptam ante per fidem, cum adhuc esset præputiatus. Sensus hujusmodi est: Abraham jam ante justificatus per fidem, postea accepit signum circumcissionis, id est, ipsam circumcissionem, quæ pro signo data fuit illi et ejus posteritati.

UT SIT (Abraham) pater omnium credentium per præputium, id est, omnium in præputio manentium, puta omnium gentiliùm. *Et reputetur et illis ad justitiam, in eorum fides eis reputetur ad justitiam, et ex fide sua illi quoque justificentur, sicut Abraham ex fide sua justificatus est.*

VERS. 12. — *Et sit pater circumcissionis, etc.* Vult enim ostendere Paulus Abraham esse patrem omnium credentium, gentiliùm æque ac Judeorum. Porro circumcisio tale fuit signum, non iis tantum qui sunt ex circumcissione, id est, non solum Judeis, sed et iis (gentilibus) qui sectantur vestigia fidei, quæ est (id

Dei, circumcisio Abraham erat ratificatio, obfirmatio, et declaratio justitiæ, ob fidem suam ei datæ. Sed quare Deus hæc duo voluit in Abraham, scilicet, quod præputiatus fide suo justificaretur; et quod jam fide justificatus circumcideretur; et circumcissionis signo, fidem suam de Messia, ex se nascituro, protestaretur? Ut amborum populorum pater esset Abraham; gentiliùm quidem, qui præputiati crederent in Christum Abraham filium; ut illis præputiatis, sicut Abraham præputiatus, fides imputaretur ad justitiam. Judeorum verò circumcisorum pater esset, non quoad carnem tantum, semen enim Abraham sunt; non quoad circumcissionem tantum; Abraham enim pater circumcissionis, prior ipse circumcisus est, et circumcissionis præceptum accepit pro se et posteris suis; sed et secundum spiritum et religionem, si credant in Christum, et fidem imitentur, quam præputiatus Abraham habuit, et quam circumcisus protestatus est suæ circumcissionis signo.

Hoc signum idem accipiebant filii Abraham, ut scirentur esse ejus filii, qui credens Deo, hoc signum acceperat, ut æmuli essent paternæ fidei; ut crederent in Jesum Abraham promissum. Ambrosius, seu diaconus Hilarius, ut putant.

Fides, non circumcisio, germanos facit Abraham filios: sicut Abraham, fide sua, non circumcissione, factus est justus, Dei amicus, ita Judei, non sua carnali circumcissione, præcisè, sed sua in Christum fide, fiunt spirituales Abraham filii et amici Dei.

Circumcisio erat signum et protestatio fidei in Christum venturum; Judæorum igitur circumcisio hæc fide destituta, est quasi crumena vacua, ait Theophylactus; ne signum quidem est, ait D. Chrys., quia signum inane, nullius rei signum.

Ex diebus intellige quam merito in suis officiis canticet Ecclesia: *Pater fidei nostræ Abraham summus, in Dominici Quinquagesimæ, et sacerdos ad altare fidelium nomine, vocet Abraham patriarcham nostrum. Pater, seu patriarcha noster est, quia nobis præit exemplo, prior credidit. Pater fidei nostræ, quia eadem credidit quæ nos: cum hoc discrimine quod*

*est, quæ fuit et apparuit in præputio patris nostri Abraham, cum scilicet Abraham adhuc esset præputiatus et gentilis.*

VERS. 15. — *Non enim per legem promissio Abraham, etc.* Abraham promissa fuit benedictio, id est, justitia et salus omnium gentium, non per legem et circumcissionem, sed ante eam, ex eo, quia crediti Deo; ergo posteri Abraham hujus promissionis, benedictionis et justitiæ participes quoque fiunt, non per opera legis, sed per fidem. In fide enim, non in lege hæc justitiam constituere voluit Deus; et in fide, non in lege, imò ante legem, justitiam hæc accepit Abraham, ut esset exemplar posterorum, significans eos, non ex lege, sed ex fide pariter justificandos esse. *Ut hæres esset mundi, ut scilicet in semine ejus benedicerentur omnes gentes. Hæc enim est promissio facta Abraham, Gen. 22, ut nimirum Abraham fides, benedictio et filius, scilicet Christus, omnes gentes sibi subigeret, sicque regnum Christi per omnes gentes dilataretur, et per hoc eas omnes in ipso benedicendos. Nam Christum mundi heredem etiam Paulus nunciat in personâ Dei Patris dicens:*

credidit in Christum, è suo semine nasciturum, in quo benedicendæ erant omnes gentes; non vero credimus in Christum, Abraham filium, per quem nos Deus benedixit omni benedictione spirituali in cœlestibus. Tota itaque hæc Abraham paternitas, et nostra filio spiritualis est, et in fide fundatur; eò germaniores erimus Abraham filii, quò sincerioris in Christum credemus, et fideiores erimus Christo Dei et Abraham filio.

Hinc concipe quantum et qualis sit fidei thesaurus! quæ nos in Christo, et per Christum, unit cum omnibus qui fuerunt, et erunt in mundo sanctis; tum fidei patribus, tum simpliciter fidelibus. Quam magnificentiam hic thesaurus! quam accuratè servandus, augendus, per frequentes actus fidei!

VERS. 15. — *NON ENIM PER LEGEM PROMISSIO. Syr.: Non enim per legem extitit promissum ipsi Abraham et semini ejus ut esset hæres mundi, sed, etc.* Probat Apostolus Abraham, omnium credentium, etiam præputiatorum esse patrem; simul et argumento novo ex promissione Dei sumpto, probat justitiam, nec Abraham, nec nobis obtingere, aut per circumcissionem, aut per legem, aut per legis opera, sed per fidem: tale autem est argumentum Apostoli: Promisit Deus Abraham et posteris ejus quod futurus esset totius mundi hæres per Messiam filium ejus; respicit ad illud Genes. 22: *Benedicentur in te omnes gentes.* At hæc promissio non facta est per legem, seu sub conditione servandi legem, quæ nondum erat; et quæ, ut dicit ad Gal. 5, v. 17, longè fuit posterior; sed per et propter justitiam fidei, seu propter justitiam quam acquisivit Abraham credendo et obediendo Deo. Ergo et ejus promissionis adimpletio independens est à lege et legis operibus; sed fit per gratiam fidei.

VERS. 14. — *SI ENIM QUI EX LEGE HEREDES SUNT. Si enim illi soli qui legem observant, hæredes sunt bonorum Abraham promissorum, EXINANTA EST, inanis et vacua facta est Abraham fides tam laudata, nullusque ejus fructus.*

ABOLITA EST PROMISSIO; imò nulla erit divina promissio illi facta; nulla in Abraham, quia ante legem; nulla in posteris Abraham, quia legis prævaricatorum.

*Postula à me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminis terræ. Psal. 2; de quo rursum Apostolus, Hebr. 1: Quæ constituit hæredem universorum. Hæc promissio, benedictio, et hæreditas Abraham, scilicet Ecclesia toto orbe diffusa, quæ est regnum fidelium, in quo rex est Christus; pater et patriarcha est Abraham.*

VERS. 14. — *Si enim qui ex lege, etc.* Hæredes, scilicet promissionis et benedictionis Abraham jam dicitur. Urget et perurget Apostolus tam hic quam ad Galat. 5, justitiam nobis obtingere ex fide, non ex lege, et legis operibus, quia si per legem obtingeret, non per fidem, sequeretur ingens absurdum, scilicet fidem et promissionem Abraham esse abolitam, et abrogatam. Abraham enim promissa est benedictio, non ex lege, utpote ante legem, sed ex fide, quia scilicet credidit Deo promittenti. Rursum, si ex lege datur justitia, ergo non ex promissione; pugnant enim lex et promissio; lex et fides (fides enim respondet promissioni, estque promissionis acceptatio et applicatio), quia promissio libera est et liberalis, quodque promissum est datur liberaliter, gratuito, et ex gratiâ,

VERS. 15.—LEX ENIM IRAM OPERATUR. SYR.: *Siquidem lex est effector ira*, quia lex sine Christi fide et gratiâ, quâ impletur, est impossibilis observata; hincque tantum abest ut benedictionem, justitiam, hereditatem Abraham promissam causet, quin potius iram, indignationem et vindictam divinam operatur. Non quidem per se, et ex institutione suâ, sed per accidens, ratione infirmitatis humane: quia sic lex est occasio prævaricationis, seu transgressionis mandatorum, et consequenter indignationis divinæ: UBI ENIM NON EST LEX, ET PRÆCEPTUM, IBI NON EST LEGIS TRANSGRESSIO.

Lex manifestans peccati malitiam, auget gravitatem peccati contra hanc legem commissi; fit enim ex scientiâ, et ideo gravior quam quod ex ignorantia.

VERS. 16.—IDEO EX FIDE. GR.: *Propter hoc ex fide. Syr.: Propterea ex fide quæ per gratiam est, justificabitur, ut vera sit promissio toti ejus semini, etc.* id est, ideo ex fide, obvenit hereditas promissa, UT SECUNDUM GRATIAM; 1<sup>o</sup> ut datur tanquam donum gratuitum, non vero tanquam debitum; firmâ sit promissio. Altera datur ratio, cur ex fide; 2<sup>o</sup> ut firma sit divina promissio, et compleatur in omni semine, seu posteritate Abraham.

NON ET QUI EX LEGE EST, SOLEM; id est, non solum in Judæo qui legem recepit, sed et in qui ex fide est; sed etiam in gentili, qui Abraham fidem sectatur.

QUI PATER EST OMNIUM NOSTRUM, id est, qui Abraham, omnium nostrum, tam gentium quam Judæorum, pater est, si non carnali generatione, certè spirituali, per similitudinem fidei et religionis.

Supponit Apostolus duas in Dei promissione aliquod verò ex lege et operibus legis datur, id datur non gratuito, nec ex gratiâ, sed ex justitiâ, et ex merito operum.

VERS. 15.—LEX ENIM IRAM OPERATUR, quia nimirum lex causa et occasio est, non benedictionis, non justitiæ, non hereditatis, sed prævaricationis, et consequenter maledictionis, iræ et vindictæ divinæ; ubi enim non est lex, nec prævaricatio, sive transgressio, id est, ubi lex non est, locum non habet transgressio; quemadmodum et contra, ubi lex, ibi transgressio. Et quia lex quasi per antiphrasim, concupiscentiam accendit: nam semper nititur in vitium, intellige, nisi lex jungatur fidei et gratiæ, quæ legem adjuvat, et concupiscentiam reprimat, quod intendit Apostolus, et Scopus enim ejus est ostendere necessitatem fidei et gratiæ Christi, ad camque Judæos omnes homines deducere, ut justitiam et solentem assequantur.

VERS. 16.—*Ideo ex fide, ut secundum gratiam firmâ sit promissio omni semini;* ideo, inquit, ex fide, ut promissio agnoscat gratiâ et indebita; et rursum, ut promissio firmetur ac rata sit super universum semen Abraham, id est, tam ad gentiles quam ad Judæos extensa, ut qui omnes in semine Abraham computantur, quia Abraham quasi patrem in fide iunguntur.

Non et qui ex lege est solam (non soli Judæo), sed et ei (gentili) qui ex fide est Abraham, (qui Abraham patris fidem quasi genuinum ejus filium consecratur) qui pater est omnium nostrum, tam gentium quam Judæorum. Est, inquam, pater propagatione non carnis, sed fidei et spiritus. Nam dum Abraham fidem imitatur, tum

tates, quod gratuita sit et firma. Si facta esset sub conditione servandi legem, 1<sup>o</sup> gratuita non fuisset promissio, sed hereditas promissa obvenisset, quasi merces operanti debita; 2<sup>o</sup> non fuisset firma, quia lex neminem justificabat, imò damnabat; erat enim occasio prævaricationis, et consequenter maledictionis. Ideo non ex lege.

IDEO AUTEM EX FIDE, 1<sup>o</sup> quia quod datur fidei, datur gratis et secundum gratiam; 2<sup>o</sup> quia omnes fidei sunt capaces, tam gentiles quam Judæi, siquæ promissio compleatur in omnibus; siquæ Abraham pater fit multarum gentium.

VERS. 17.—(SICUT SCRIPTUM EST, GENES. 17: QUIA PATREM MULTARUM GENTIUM POSUIT TE.)

ANTE DEUM, citatione per parenthesis lectâ; hæc verba ANTE DEUM, jungenda cum præcedentibus: Qui est, inquam, omnium nostrum pater, ante Deum: id est, si non coram hominibus, certè ante Deum et infallibili judicio Dei, cui nos fides commendat. GR. *καὶ ὅτι*, quod D. Chrys. et Theod. vertunt, *ad exemplum Dei*, ad instar Dei; sicut Deus omnium omnino Pater est per creationem, sic Abraham omnium omnino credentium pater est per exemplum fidei suæ:

QUI CREDIT. Hic Apostolus fidem Abraham commendat, qui creditit Deum, qui omnia potest.

QUI VIVIFICAT MORTUOS, id est, qui potest mortuis vitam dare; seu qui quos vult, suscitât à mortuis, ET VOCAT EA QUÆ NON SUNT, id est, non existentia vocat è nihilo, et ea facit existere; qui æquale imperium habet in non existentia et existentia; vocat, et sunt. Creditit, inquam, Deum omnipotentem facili sibi præstium quod promittet, nempe quod futurus esset pater omnium, etsi nondum esset ipsi filius, essetque senex, et Sara sterilis et ætatis protractæ.

ipse Abraham per Christum suam justitiam, gratiam et spiritum in nos quasi filios suos transfudit, nosque sibi adsciscit et adoptat.

VERS. 17.—*Sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posuit te*, id est, consitui te, videlicet præordinatione ac proposito certissimo.

ANTE DEUM CUI CREDIT. Posuit te patrem ante Deum, id est, in præsentia et decreto divino, immobili, certo et irrevocabili; necdum enim Abraham actu erat pater multarum gentium, sed tantum in præsentia et prædeterminatione Dei. Abraham vero est pater omnium nostrum, non paternitate carnali, quæ est coram hominibus, sed spirituali, quæ est coram Deo, cui creditur. Dicitur hæc paternitas esse coram Deo, quia fundata est in fide, quæ hominem Deo commendat.

QUI VIVIFICAT MORTUOS, ET VOCAT EA QUÆ NON SUNT, tanquam ea quæ sunt; propriè Deus vivificat mortuos, cum eis à morte resuscitat. Hæc enim verbis Paulus commendat Dei omnipotentiam, q. d.: Sicut Deus potest suscitare mortuos, ita potest facere, ut gentes nate in paganismo spiritualiter renascantur per fidem, fiantque filii Abraham, idque creditit Abraham, cum creditit Deo dicente: *Patrem multarum gentium posui te.*

Deus vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, quia Deus æquale habet imperium in ea quæ non sunt, atque in ea quæ sunt, et ea quæ non sunt, facit ut sint: verbi gratiâ, hic facit ut gentes, quæ non erant, sint filii Abraham.

Ubi nota: Dei vocare est creare et facere; omnia enim possibilia, cum nondum actu sunt, sunt tamen

tur hic, non de oblatione Isaac, sed de ejus ortu promisso. Itaque intelligendus est textus de emortuo corpore Abraham et Saræ quibus dedit Deus generandi virtutem: potest tamen etiam Apostolus alludere ad Isaac immolationem, quem Abraham immolavit, credens Deum à mortuis illum posse suscitare.

VERS. 18.—QUI CONTRA SPEM IN SPEM CREDIT, id est, qui Abraham ita creditit, ut ex Dei gratiâ et divini promissionis speraret quod secundum naturæ vires erat impossibile. *Contra spem naturæ*, seu naturalis potentia generatiæ, creditit in spem gratiæ et divinæ potentie, UT FIERET, id est, quod fieret PATER... SECUNDUM QUOD DICTUM EST EI, GENES. 15: SIC ERIT SEMEN TUUM, nempe, *ut stella cæli*; quod ex citato loco subauditur.

VERS. 19.—ET NON INFORMATUS EST IN FIDE, id est, non vacillavit fides ejus, NEC CONSIDERAVIT CORPUS SUUM EMORTUUM, respectu virtutis generatiæ, seu inceptum ad sobolem habendam; CUM JAM FERÈ CEN- tum, nonaginta novem.

ET EMORTUAM VULVAM SARÆ, conceptui non aptam, utpote nonagenaria.

VERS. 20.—IN REPRIMITIONE ETIAM DEI NON HESITAVIT DIFFIDENTIA. GR.: *In reprimissionem, seu contra reprimissionem, etc., non disceptavit, seu disputavit*; id est, ne minimam quidem diffidit de Dei promissio; sed CONFORTATUS EST FIDE, DANS GLORIAM DEO; sed fortis et firmâ fide creditit, et absque ullâ hesitatione,

et latens in omnipotentia Dei, quasi in virtute et semine, et cum Deus suo jussu illa inde evocat, hoc ipso facit ut sint; Dei enim dicere et vocare est efficax, idemque est, quod nostrum facere. Ita S. Chrysost.

VERS. 18.—*Qui (Abraham) contra spem naturæ, et naturalis potentie generatiæ in spem creditit*, id est, in rem speratam gratiæ et promissionis divinæ, creditit, inquam, quod sequitur:

*Ut fieret pater multarum gentium*, id est, se futurum patrem multarum gentium. Nota: Sicuti sperare desperata, est sperare contra spem, sic et credere futura, quorum nulla est spes, est credere contra spem; quod scilicet sint Abraham, et sterilis Sara nascetur Isaac, quia idipsum promisit Deus. Ita Theophyl., Anselm., Theodor.

*Secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum. Præcesserit illud Dei ad Abraham: Suscipe celum, et numera stellas, si potes. Tum sequitur: Sic erit semen tuum, scilicet, sicut stellæ innumerabiles.*

VERS. 19.—*Et non informatus est fide, etc.* id est, nullam passus infirmitatem aut vacillationem fidei circa promissionem divinam.

*Nec consideravit corpus suum emortuum*, id est, per senio jam effectum et impotens ad generandum.

*Cum jam ferè centum esset annorum*, dicit autem ferè centum annorum, id est, uno minùs. Habebat enim annos nonaginta novem.

*Et emortuam vulvam Saræ*. Verè Abraham tunc fuisse impotentem per senio ad generandum ex quâlibet feminâ, sed divino miraculo redditam ei fuisse virtutem, quod ex Sarâ, Ceturâ, et quæcumque aliâ proles suscitare et generare posset. Ita D. Thomas.

VERS. 20.—*In reprimissionem etiam Dei non hesitavit diffidentia, etc.* Quævis Abraham audita promissione quæverit, ac quasi disceptaverit dicens Deo: *Paterne contentior nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet?* Non tamen id fecit ex incredulitate, sed ex admiratione. Sensus est: Nulla laboravi incredulitate, ut ad promissionem Dei audiam hesitaret.

hæcque fide dedit Deo gloriam, proficiens eum esse summè veracem et omnipotentem.

VERS. 21.—PLENISSIME SCIENS, plenissimè persuasus quod Deus promissa sua posse exsequi.

VERS. 22.—*Ideo ET REPUTATUM EST*, quæ mirabilis persuasio reputata est illi, etc., seu, ob tam heroicam virtutem justificatus est.

VERS. 25.—NON EST AUTEM SCRIPTUM TANTUM PROPTER IESUM. Conformiter ad suum intentionem principale, concludit in gratiam spirituum Abraham filiorum, asserens quod ejusdem justitiæ principes erimus, si ejusdem fidei simus imitatores. Spiritus sanctus per Moysen calumiam hanc Abraham laudem, nempe quod ob heroicam fidem suam justificatus est, transmisit ad posteros, non propter Abraham tantummodo laudandum.

VERS. 24.—*Sed ET PROPTER NOS*, sed etiam propter nostram instructionem, et ad nostram fidem provocandam; ut certi et securi simus quod fides nostra non aliter ad justitiam reputabitur; si CREDEMUS IN EUM, QUI DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM SUSCITAVIT A MORTUIS.

Duplex his in verbis continetur fidei nostre comparatio cum fide Abraham: prima in effectu; nobis reputabitur ad justitiam sicut et illi; secunda in objecto: sicut enim Abraham creditit in eum qui suscitât à mortuis, ita nos credimus in Deum, qui à mortuis suscitavit Dominum nostrum Iesum Christum.

VERS. 25.—*Qui traditus est*. Qui Jesus Christus

*Sed confortatus est fide*, id est, firmè ac robusta fide suscepit Dei promissionem.

*Dans gloriam Deo*. Gloriam Deo tribuit Abraham credens ac proficiens eum omnipotentem et in promissis veracem. Per hæc enim laudatur et glorificatur Deus.

VERS. 21.—*Plenissimè sciens, etc.* Plenè ac certissimè fide persuasum habens, Deum sua promissa se quæcumque promisit, præstare posse. Nominat autem potentiam Dei, non veracitatem, quia supposita fide potentie, non erat difficile credere Deum facturum quod promiserat.

VERS. 22.—*Ideo et reputatum, etc.* scilicet eadem ratione quâ et prius fides promissionis ei reputata fuerat ad justitiam, Gen. 15. Hinc manifestum est ea locutione non significari primam justificationem. Quoties enim creditit Abraham Deo, toties ei fides ad justitiam reputata est. Nam, ut supra dictum est, etiam obedientia per quam nullo post in tentatione inventus est fidelis, reputata est ei ad justitiam, attestante Scriptura, 1 Machab. 2, et Jac. 2.

VERS. 25, 24.—*Sed et propter nos*, id est, nostræ doctrinæ causa, quibus reputabitur (nostra fides ad justitiam) creditibus (si credamus) in eum qui suscitavit Iesum Christum Dominum nostrum à mortuis, q. d.: Abraham datur et proponitur nobis in exemplar justificationis, ac proinde sicut ipse, ita et nos non ex circumcissione, lege et Moysè, sed ex fide et Christo justitiam querere et consequi debemus.

VERS. 25.—*Qui traditus est, etc.* propter delicta sive peccata nostra oblatum.

*Et resurrexit propter justificationem nostram*: Sciendum est, omne meritum Christi Salvatoris in passione ejus et morte completum fuisse, et proinde sua resurrectione eum nihil meruisse, ut nec assensionem in cælum, ac cæteris, quæ egi post passionem et mortem. Quæ doctrina est omnium theologorum, ut tradit in mortem Christus dicitur propter peccata nostra, id est, ut sua morte peccata nostris

traditus est à Patre suo, in mortem, PROPTER PECCATA NOSTRA expianda, abolenda. Per anthesin, mortui Christi junxit peccata nostra, quæ sunt mors animæ; et resurrectioni Christi, nostram justificationem, quæ est nostra spiritualis resurrectio.

ET RESURREXIT PROPTER JUSTIFICATIONEM NOSTRAM; mortuus est, ut suâ morte peccata nostra, animæ nostre mortem, occideret; et resurrexit à mortuis, ut et nos per illum peccatis mortui justitiæ vivamus, et cum illo et per illum IN NOVITATE VITÆ AMBULEMUS. Hoc tamen inter mortem et resurrectionem Christi discrimen est, quod suâ morte meruit peccatorum nostrorum remissionem; suâ verò resurrectione non meruit nostram justificationem, quia non fuit opus viatoris.

debitam aboleret: resurrexisset verò propter justitiam nostram, id est, ut suâ resurrectione typum quemdam nobis præferret resurgendi ad justitiam sui vitæ novitatem, secundum ea quæ dicuntur infra, cap. 6, vel certe, ut nobis reconciliatis ipse jam redivivus et immortalis justificationem nostram, quæ scilicet mens nostra renovetur de die in diem, et quæ inde sequi-

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim accuratius redigenda.*

1<sup>o</sup> Ex hoc capite concipe, et altâ mente reponere ideam quam de fide debes habere quanti sit à te faciendâ hæc divina virtus; quanto ardore sit illius augmentum à te desiderandam et precibus continuis exposcendum; et quàm frequenter exercendis sint actus illius.

Omnium divinarum et supernaturalium virtutum mater, alitrix et conservatrix est. Omnis omnino justitiæ primæ, secundæ, tertiæ, continuæ radix: justitiam inchoat, conservat, auget, periticit; justus ita ex fide vivit, ut nulla justus sint opera, in quæ fides non influat. Sic Abraham, omnium credentium pater et exemplar, fide, ex impio factus est justus; fide, et justo factus est justior; ac denique fide factus est justissimus, Deo gratissimus, amicus Dei. Vide vers. 2, 3; vide et vers. 4.

Sic ergo et tu, si verè fidelis es, si verè filius patriarchæ fidelium, fide jugiter vive; in omnia opera tua fides influat; illa omnia vivificet, sanctificet Deo quæ grata reddat. Recordare quod exterior legis, etiam evangelicæ, adimpleto, non justificat, nisi fide, charitate et spiritu Dei animetur. Vivâ itaque fide anima, vivifica, sanctifica quidquid agis.

Hoc ut ita sit, hunc in Dei cultu ordinem concipe, et hanc illius ordinis observatorem: Deus spiritus est, et quia spiritus, spiritu et mente vult primario colli: *In spiritu et veritate oportet cum adorare*, ait Christus Dominus. Deus spiritus, universorum creator et Dominus est; hinc et corpore et universis nostris actibus et passionibus vult glorificari.

Debet ergo Deus interioris et exterioris colli; at cum hoc ordine, quod ab interiori semper incipiat omnis noster cultus exterior, et ab interiori dirigatur; interior ille sit quasi anima, exterior autem quasi corpus; interior ille cultus sit nostra vera et coram Deo justitia, exterior cultus sit quasi signaculum justitiæ, v. 11.

Resurrectio itaque justitiæ nostræ typus est, non causa, sicut mors causa est. Nisi fortè dicas quod passio et resurrectio Christi sunt quasi unum opus redemptionis nostræ, unaque actio Christi completa, quæ simul et semel meruit peccatorum nostrorum remissionem et nostram justificationem. Vide Cornel. à Lap.

Hoc versu videtur tacite insinuare Apostolus, fidem nostram, fide Abraham majorem esse, 1<sup>o</sup> quia Abraham et Sara erant figuratè tantum mortui, Christus Jesus verè et perfectè fuit mortuus; 2<sup>o</sup> quia præterea credimus quod propter dicta nostra sit mortuus, et propter nostram justificationem suscitatus à mortuis. Vide corol. pietatis infra.

tur salutem, apud Deum promoveret.

Illud observa contra sectarios justitiam nostram in solâ remissione peccatorum consistentes; Apostolum disertè distinguere hæc duo, delictionem peccatorum et justitiam, id est, vitæ novitatem, velut justificationis nostræ partem præcipuam.

Hunc autem interiorem cultum incipit et perficit fides; ideò à fide, omnis justitiæ radice, oriatur omnis noster Dei cultus; fides influat in omnia nostra opera.

2<sup>o</sup> Ex eodem capite concipe quæ et qualis sit illa fides justificans de quâ hic loquitur Apostolus, et ejus exemplum nobis exhibet in Abraham; et ideò qualis debet esse et tua. Fides Abraham fuit non mortua sed viva; non nuda, sed omnibus virtutibus ornata; non timida, pusillanimes, et humiliter de Deo sentiens, sed fortis, sublimis, altè et dignè de Dei majestate et omnipotentia sentiens; ipsi penitus submissa, ad omnes ejus voluntates parata, etiam ad unigeniti Filii sui immolationem. Hæc fuit fides patriarchæ fidelium; et hæc fide Deo summopere placuit. Vide vers. 17, 18, etc. Vide et vers. 5.

Talis sit et tua, si Deo placere velis; sit viva, firma, stabilis, spei, obedientiæ, reverentiæ virtutibus vestita; de Deo magnificè sentiens, plenè persuasa de summâ ejus veracitate, omnipotentia, etc., mortuos vivificante, quæ non sunt, vocante et create, etc. Hæc fide plenus, crede firmiter articulos fidei, etiam naturæ captum superantes. Hæc fide firmus, in rebus arduis, in periculis, etc., in *spem, contra spem, crede*. Hæc fide roboratus visibilis et sensibilis sperne; ad æterna, invisibilia tende, aspira, anhela; et in Dei cultu sta, et quidquid accidat, persevera.

3<sup>o</sup> Ex eodem capite discere quodnam sit præcipuum fidei nostræ objectum. Abraham *credidit in Deum qui vivificat mortuos*, etc.; nos credimus in Deum qui suscitavit à mortuis Dominum nostrum Jesum Christum, vers. 24, 25. Mors itaque et resurrectio Christi, duo præcipua sunt fidei nostræ mysteria, circa quæ frequentiores à nobis exercendi sunt actus fidei. Moriens Christus victima fuit expiationis; resurgens Christus victima fuit sanctificationis; in cruce moriens, morte

suâ nostram destruxit mortem; in resurrectione suâ vitam nobis communicavit; typum et exemplar novæ vitæ dedit. Christus ergo frequenter adorandus, et moriens et resurgens; fide vivâ, mortis illius effectus, peccatorum nostrorum remissio petenda; et resurrectionis gratia et virtus invocanda.

Christe moriens et pro me moriens, sis peccatorum meorum mors; Christe resurgens, sis animæ meæ salus, vita, resurrectio.

Sed circa hoc fidei nostræ objectum, nota quod nostra fides superet Abraham fidem. Credidit Abraham in Deum qui suscitavit mortuos, et qui ideò poterat omnipotentia suâ, corporibus quasi emortuis Abraham et Saræ, dare virtutem generandi sobolem; corpora autem Abraham et Saræ non erant verè mortua, sed tan-

#### CAPUT V.

1. Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum;

2. Per quem et habemus accessum, per fidem in gratiam itam in quâ stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei;

3. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur,

4. Patientia autem probationem, probatio verò spem;

5. Spes autem non confundit quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus, pro impiis mortuus est?

7. Vix enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus

9. Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab irâ per ipsum.

10. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solum autem, sed gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

13. (Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, et ita in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ qui est forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita et donum: si enim unus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia

tum figuratè. Nos verò credimus in Deum, qui Jesum Christum verè mortuum, verè à mortuis suscitavit, nunquam moriturum. Majus ergo quid credimus quam quod Abraham credidit.

Adde quod credimus præterea Jesum pro peccatis nostris verè mortuum, et propter justificationem nostram suscitatum: qui duo sunt alii articuli naturaliter incomprehensibiles; et ad quos fides nostra rursus major est, quoad objectum, fide Abraham. Nec hoc mirum est, si pro modo revelationis, creverit et fides. Sed bene nota quod pro modo fidei crevit et obligatio vitæ sanctioris; ubi enim Deus plus contulit, plus et exigat. Hinc Christiani debent antiquioribus fidelibus, etiam ipsis patriarchis, esse sanctiores; utpote majoribus donis præventi.

#### CHAPITRE V.

1. Etant donc justifiés par la foi, ayons la paix avec Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Par qui aussi nous avons entrée par la foi à cette grâce dans laquelle nous sommes établis, et nous nous glorifions dans l'espérance de la gloire des enfans de Dieu.

3. Et non seulement dans cette espérance, nous nous glorifions encore dans les afflictions, sachant que l'affliction produit la patience,

4. La patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance.

5. Or, cette espérance ne trompe point, parce que l'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint-Esprit, qui nous a été donné.

6. En effet, pourquoi, lorsque nous étions encore dans les langues du péché, Jésus-Christ est-il mort pour des impies dans le temps marqué?

7. Car à peine quelqu'un voudrait-il mourir pour un juste: peut-être néanmoins que quelqu'un aurait le courage de donner sa vie pour un homme de bien.

8. Mais Dieu a fait éclater son amour pour nous en ce que lors même que nous étions encore des pécheurs, Jésus-Christ est mort pour nous dans le temps marqué.

9. Maintenant donc que nous sommes justifiés par son sang, nous serons à plus forte raison délivrés par lui de la colère de Dieu.

10. Car si, lorsque nous étions ennemis de Dieu, nous avons été réconciliés avec lui par la mort de son Fils, à plus forte raison, étant maintenant réconciliés avec lui, nous serons sauvés par la vie de ce même Fils.

11. Et non seulement cela, mais nous nous glorifions même en Dieu par Jésus-Christ notre Seigneur, par qui nous avons obtenu maintenant cette réconciliation.

12. Car comme le péché est entré dans le monde par un seul homme, et la mort par le péché, et qu'ainsi la mort est passée dans tous les hommes par ce seul homme en qui tous ont péché.

13. (Car le péché a toujours été dans le monde jusqu'à la loi; néanmoins la loi n'étant point encore, le péché n'était pas imputé;

14. Cependant la mort a exercé son règne depuis Adam jusqu'à Moïse, même à l'égard de ceux qui n'ont pas péché par une transgression semblable à celle d'Adam, qui est la figure du futur.

15. Mais il n'en est pas de la grâce comme du péché; car, si par le péché d'un seul plusieurs sont morts, la miséricorde et le don de Dieu s'est répandu